



V I R O
JUVENI NOBILISSIMO
ATQUE DOCTISSIMO,
HENRICO AUGUSTO HANSES,
S. P. D.
JO. BURCHARD MENCKENIUS.



Umprimum Tumihi innotui-
sti, Vir humanissime, facile
eum Te esse auguratus sum,
quem ipsa facies & proba-
tissimi mores suadebant, hoc
est, pium, probum, industrium atque o-
mnis doctrinæ elegantioris percupidum.
Nec me opinione mea frustratum lentio-
nam & in scholis meis historicis atque lit-
terariis incredibile prodidisti harum amœ-
nita-

nitatum studium, & erudita Volumina,
quæ conspectui Auditorum meorum at-
que usui exponere soleo, avide involans,
quæ notatu digniora visa sunt, enotasti.
Cumque consulenti auctor essem, ut de
Commentariis historicis, quos Galli *Me-
moires* vocant, nonnihil colligeres, quo fu-
turum existimabam, ut non minus histo-
riæ civilis, quam Historicorum cognitio-
nem Tibi comparares, alacriter hoc nego-
tium, meo quidem ductu, suscepisti, nec
infeliciter, ut opinor, perfecisti, tot Com-
mentariis non exiguo labore consultis aut
perlectis. Quare cum calcaribus opus
non habeas, Tuis potius ac patriæ gratu-
lor, qui de Te, ex Academia olim redu-
ce, præclara & optima quæque promit-
tere sibi possunt. At Te interim tueatur
supremum, quod res nostras moderatur,
Numen, neque me vanum fuisse au-
gurem, patiatur. Vale.